



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

9. Vxor à viro docta SS. Cosman & Damianum patrones legere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

post se relicta, haud ambigue creditus est fuisse Christus. Hoc miraculo igitur commotus Ioannes, omnes opes suas in pauperes sparsit, mendicatio viuens, & vbique in plateis Christum poenitentiamque predicans, 60. discipulos acquisiuit imitatores. His comitantibus Viterbium venit, vt inibi à Pontifice Urbano V. ordo illius confirmaretur, prodigio prius diuinitus confirmatus. Nam, quacunq; incedebat, *laudem* illius diuina bonitas *ex ore infantium perfecit*. Siquidem lactentes fari coeperunt, & clamare ad matres, *Bene facite IESVATIS*. Vnde huius tanti viri originem traxit sanctitas? *Tanti dux femina facti.*

Quanquam vicissim & viri saepe vxoribus fuere morum, ac vita magistrum. In vita SS. Martyrum Cosmæ & Damiani legimus, virum quempiam Malchum nomine pietati cultuiq; sanctorum apprimè deditum alio longè profecturum, vxorem suam Numini & patrocinio SS. martyrum Cosmæ ac Damiani commendasse; eiq; præcepisse, vt tum se sequeretur, si litteras suo sigillo signatas accepisset. Ita discessit. Post dies pauculos adest nuncius, qui à marito affert litteras, notissimo signo clausas, aitq; eam in quadam ciuitate longiùs distante, expectari, se verò illam, intra breue tempus eò perducturum. Sequitur credula & simplex femina, & ignorat, quem ducem sequatur. Nuncij enim vultum habitumq; induerat Auernalis Pseudolus. Ventum erat ad inuia & auia, ibi demum laruam posuit, cumq; feminam peccato non posset, voluit precipitio perdere, & de alto saxo excussam equo in profundam vallem paludemq; iactare. Quo in certamine mulier viri sui memor, oculos primum, deinde etiam manus & vocem ad cælum sustulit, itaq; rogauit: *O Deus SS. Cosmæ & Damiani, succurre mihi, horum enim patrocinio freta, ignotum hunc pestimum ducem secuta sum. Eripite me igitur festinanter, o patroni, ex insidijs manibusq; huius inimici.* Ad verba hæc, cum magno cælestis militiae numero adfuit Cosmas & Damianus, militari habitu instructi. Quibus aspectis Proserpinæ nuncius se ipsum de rupe in caput precipitauit, viderique desijt. Relictam igitur feminam Diui, per ignotas vias, incolumem reduxerunt. Quibus

F f f

laudan-

Psal. 8. 3.

IX.
Sur. 27. Sept.
in vita SS.
Cosm. & Da-
miani

laudandis illa, per omnem vitam grata fuit; Sed & marito, à quo didicit, in periculis, optimos Patronos inuocare.

X.

Lib. 9. Histor.
Tripart. 6. 13.

Io. Pet. Maff.
lib. 4. select.
ep. ex Ind.
Francisci Ca-
pralis ad Io.
Bapt. Mau-
tuan.

Quemadmodum hanc maritus, contra vim fraudemque mali demonis, docuit sese munire, ita Augusta Placilla precibus retinuit Theodosium, ne Eunomium audiret Niceno dogmati aduersa docentem. Atque ut nostri quoque sæculi historiam afferamus, in ipsa Xichi regione, teste Petro Maffeo, cum aliqua facta est ad Christi gregem accessio, tum insuper edita sunt nonnulla vera fidei ac pietatis illustria documenta: cum enim neophytis quidam proposita capitis pœna perterritus, qua humana fragilitas est, à Christi nomine defecisset, id uxor eius ita indignè tulit, ut una cum filio sese à viri conuictu & consortio protinus remoueret, fortiter increpans: *Auertat à me Dominus, ut cum eo veniam, qui mortis metu Christum eirauit. Quo facto miser ille compunctus intus sensibus, & culpam agnosceus, noctu clam ad Nihilidem Vasum accessit, & effuse ducensq; ex alto corde suspiria, locum penitentia suppliciter petijt, paratus tanti peccati quolibet scilicet supplicium: quin etiam certum sibi esse affirmans, relicta patria fratrumq; omnibus in Christianorum loca migrare, ut religionem susceptam liberius colere liceret. Nec sefellit fidem. Noctè intempesta, ipse cum fratre ac duodecim præterea consilij eiusdem socijs abiijt. Qui omnes, re familiari, & agris facta iam semente, neglectis, rursus & regentes Christo seruire potius, quam domi diuites, & apud principes gratiosi & potentes, colere maluerunt.*

XI.

Victor Vti-
cens. lib. 3.
de perfec.
Vandalor.

Admiranda S. Nataliæ Adrianum maritum neophytum in fide confirmantis, & ad maxima supplicia toleranda adhortantis fortitudo, paucis describi non potest, & alio loco à nobis explicatur. Hic tamen omittendum non est, quod Victor Vticensis recenset de alia mirabili heroide virum in officio retinente. Hunerico Vandalorum & Alanorum rege in Ecclesiam sæuiente, impio eiusdem mandato, Liberatus honesti nominis vir, & medicæ artis peritus in exilium ire iussus est, sed antè tentandus, quàm amandandus, & tentandus quidem Ariana calliditate, per sobolem in parentes grassante. Ariani enim, ut per affectum pietatis virtutem genitorum, offerrent, filios à parentum amplexu voluerunt auertere. Et jam unum